

XXVI. 11

1657, 3

15

Westphalia de mero imperio

DISPUTATIO INAUGURALIS
 JURIDICA
 DE
MERO IMPERIO
 SEU
JURE GLADII
 QUAM
 DIVINI NUMINIS PRÆSIDIO

Ex Decreto atq; autoritate Magnifici, No-
 bilissimi atq; Amplissimi Senatus Facultatis Ju-
 ridae in INCLUTÆ REIP. NORICÆ ACA-
 DEMIA celeberrimâ.

PRO CONSEQUENDIS SUMMIS IN UTROQ;
 JURE HONORIBVS, INSIGNIIS ET PRIVI-
 LEGIIS DOCTORALIBVS

Publicæ & Solenni censuræ
 subjicit.

HENRICUS WESTORPIUS,
 MINDANUS.

Ad D. 26. Mensis Febr.

ANNO CHRISTI
 M. DC. LI.

ALTDORPHI

TYPIS GEORGI Hagen / Universitatis
 Typographi.

(Grim misc. 57)



VIRIS
Nobilissimo, Maximè Strenuo
ac Forti

DN. CORNELIO A Busch /
SERENISSIMI, ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS
AC DN. DN. AUGUSTI, DUCIS BRUNOVICENSIS & LUNÆ-
BURGENSIS CHILIARCHO & WOLFERBYTI, UR-
BIS TAM NATURA QUAM ARTIFICIO
MUNITISSIMÆ, PRÆFECTO
SUPREMO

NEC NON
Nobilissimo, Excellentissimo, Amplissimis
& Consultissimis

DN. HENRICO Schreiber /
JCTO CELEBERRIMO, CONSILIARIO quondam
SUECICO, Nunc INCLUTÆ REIP. MINDENSIS,
CONSULI longè dignissimo
&

DN. LUDOLPHO zur Mühlen /
REIP. HERFORDIENSIS SENATORI ET SCABI-
NO gravissimo
Dnn. Adfinibus, Amicis & Fautoribus
ætatem observandis

Disputatione hac solenni
mea q; studia
submisse,

Commendo

HENRICUS WESTORP, MIND.



*IN nomine Domini nostri JESU CHRISTI ad
omnia consilia, omnesq; actus progredimur,
per ipsum enim fura imperii
suscepimus*

l. 2. C. de off. pref. pret. Africa &c.

T H E S I S I.



IMPERIUM merum ex eo dicitur, quod non mixtum, sed separatum & purum sit.

Acturus de Imperio Mero haud abs re fortè fuerit, si quædam de explicatione vocum (quæ ad faciliorem hujus materiæ intellectum videntur facere) præmisero. Nisi enim cognoveris, quid verbis hisce prædictis denotetur, evenire tibi posset, quod Fulgosio aliàs Juris Interpreti egregio accidit, qui ingenuè confessus est, se omnia in jure nostro studio suo assiduo assequi potuisse, præter Jdictionis & Imperij materiam. Vox itaq; Imperij ab imperando deducitur teste *Coras. L. 3. Miscell. c. 17. n. 3.* Quæ vox imperare ab in & pareo derivatur: Ita ut imperare nihil aliud significet, quam hanc formâ mandare, ut statim imperanti sine ullâ repugnantia parere necesse sit. Unde summus Pontifex *c. ult. causa 14. q. 1.* quod imperatur, inquit, necesse est fieri, si non fiat, poenam habet. Varij quoq; variè hanc vocem accipiunt, inter aliàs verò acceptiones significat dignitatem Magistrat⁹, ut in *l. fin. ff. ne quid in*

A 2

loc.

loc. publ. &c. aliquando potestatem coercendi, & est mixtum imperium, ut in *l. f. §. 1. de off. ejus &c.* aliquando verò sumitur pro potestate animadvertendi in facinorosos, *l. 3. ff. de Idict.* quam significationem hîc sumus retenturi, & in seqq explicaturi. Quare dicatur Merum, non una est Dd. sententia. Alij opinantur idem hîc valere, quod summum: alij quod liberum nulli necessitati subiectum: alij quod vehementissimum. Hæ opiniones licet sano sensu non repugnent Imperio: tamen quid sit merum non explicant, retineamus igitur *Franc Duareni in comment. ad tit. de Idict. c. 3.* explicationem, nempe quod sit purum, nec cum alio mixtum, *conf. etiam Autores à Bach. ad primam part. pandect. de imperio merito mihi, p. 364.* allegatos. Quo sensu in jure nostro merum jus gentium *l. 31. ff. de depositi.* merum Prætoris officium, *l. 5. pr. de V. O. mera conditio, l. 82. d. condit. & demonstr.* & merum factum *l. 98 §. 6 ff. de solut.* dicitur. Vid. *Joann. Coras. d. L. 3. c. 17. Ferdinand. Vasq. controvers. L. 1. c. 4. n. 2. & Donell. L. 17. c. 8.* Quæ etiam notat *Paurmeist. de Idict. L. 1. c. XI. n. 12.* Licet Goveani sententiam, qui putat inde appellatum merum, quod potestas sit summa, vehementissima &c. per *d. l. 3. h.* probare contra nos nitatur *V. Paurm. d. c. XI. n. 15.*

I I

Non tantum à Jurisdictione Civili, sed etiam criminali.

Quæ enim proximo genere differunt, eorum neutrum sub altero contineri potest: quia Jurisdictionis proximum genus est notio *l. 99. ff. de V. S. & l. 1. §. 4. ff. de off. præf. Urb. Scip. Gentil. de Idict. Lib. 1. c. 1. & Obrecht. de Idict. L. 1. c. 8. n. 3.* At meri imperij proximum genus est pote-

potestas l. 3. ff. h. E. neutrum sub altero continetur. De-
inde Idictio præcedit Obrecht. d. tr. L. 2. c. XI. n. 3. me-
rum verò imperium sequitur, l. 8. §. 1. & 3. ff. de pæn. & l.
7. §. 2. de captiv. & postlim. revers. Tum secundum Tr. V. 1.
Disp. 3. th. 4. L. c. cognitio mandari potest per l. 6. pr. ff. de
off. Procons. merum imperium non item, nisi certis ca-
sibus, l. 1. de off. ejus, cui & c. de quibus in seqq. dicemus.
Accedit quod multi in Rep. Romanâ Idictionem cri-
minalem habuerint absq; mero imperio, ut 4. Prætores,
quos Cornel. Sylla reliquis adjecit l. 2. §. 32. de O. I. Præ-
fectus vigilum l. 3. §. 1. & l. ult. de off. Præfect. vigil. Præ-
fectus annonæ l. fin. §. f. ff. ad L. Jul. de annon. l. 13. de accu-
sat. Obrecht. d. L. 2. c. 6. n. 33. & seq. Nec obstat quod sæpè
in uno subjecto concurrant, ut in Proconsule l. 6. in pr.
l. 7. §. 2. l. 8. l. 9. & 11. de off. Procons. & alijs ab Obrecht. d. c. 6.
enumeratis. Non enim sequitur, ergò sunt unum i-
demq; , cum sæpè diversissima in uno concurrant sub-
jecto Vid. omnino Excell. & Ampliff. Dn. Ludwellius, Jctus
celeberrimus p t. Decanus, Præceptor & Promotor omnigenere
observantia atatem honorandus ad Wes. de Idict. n. 8 in f. & ab
ipso allegati. Nec est, si dicas cum Gæddeo d. V. S. ad l. 99
n. 7. Jurisdictionem & ut genus accipi, & ut speciem,
imperio mero & mixto oppositam. Quod nullâ ratio-
ne admitti posse videtur. Hoc quidem inficias ire ne-
queo, Idictionis vocabulum generale esse, & sub se di-
versas species Idictionis comprehendere, civilem nē-
pè & criminalem Idictionem: non autem merum impe-
rium. Quamvis enim detur imperium, quod Idi-
ctioni insit & cui cohæreat Idictio, quod Ulpianus in l. 3.
ff. de Idict. vocat mixtum. Nullum tamen scio impe-
rium, quod species sit Idictionis: Nam mixtum impe-
rium licet in eodem subjecto concurrat, eiq; insepara-

biliter cohæreat, tamen distincta est utriusq; natura,
& actus diversi *arg. l. 3. ff. h. l. 1. §. 1. & l. f. ff. de off. ejus & c.*
Quod si enim non res sed vis ipsa atq; natura Idictionis
& Imperij mixti spectetur, Idictionem esse dicemus Jus
cognoscendi de causis civilibus: mixtum vero impe-
rium in exequendo & coercendo consistere, *Conf. Tr.*
& Bach. ibidem V. 1. th. 3. L. b. ita ut verisimile sit, mixtū
non respectu essentiaē sed existentiaē vocari juxta *Dn.*
Ungepaar. in Diss. quadam Altorfina de Imperio th 31. Nec re-
fragatur *Boceri* argumentū, quod inter alia quam plu-
ra adfert in tractatu suo *de Idict. Lib. 1 c. 2 n. 7.* Potestas
gladij est merum imperium *l. 3 h.* At cognitio de crimi-
nibus sive Idictio criminalis est potestas gladij *l. 6. pr. ff.*
de off. Procons. E. cognitio de criminibus est merum im-
perium. *R. cum Obrecht d. tr. L. 1. c. 3 n. 89.* Minorem,
per d. l. 6 non probari. Etsi enim *Proconsul. d. in lege.*
Legato suo cognitionem custodiarum mandat, ex
hoc tamen mandato reverā neq; merum imperium,
neq; criminalem Idictionem consequitur. Nec quid-
quā facit pro contraria sententiā stabiliendā *arg.* quod
adferunt *Dd* Quicumq; dicit Jus, is Idictionem exercet,
Atq; is qui reum condemnat, dicit Jus, E. qui reum cō-
demnat, is Idictionem exercet. *R. ex eo non proba-*
ri, merum imperium a Idictione non differre: Non
enim sequitur, qui condemnat Reum, is vim & effe-
ctum Idictionis exercet, E. criminalis Jurisdictio est
merum imperium: quia hic nulla connexio termino-
rum vel legitimum medium concludendi conspicitur,
sine quo tamen nullum argumentum subsistere potest,
tum condemnatio, non est meri imperij, sed Idicti-
onis criminalis, *jung. Obrecht. d. l. num 99.* Nunc cuili-
bet subolebit, nisi pituita labore, , quæ discordia & di-
stantia

stantia sit inter Jurisdictionem & merum imperium.
Non enim tam me hercule Glauci & Diomedis arma
fuerunt disparia, nec magis candidum à nigro differre
manifestò dignoscitur. I I I.

Merum imperium est potestas gladij a-
nimadvertendi in facinorosos homines.

Circa hujus imperij essentiam & naturam investi-
gandam ac definiendam Dd. mirificè dissentiunt. Alij
cum *Ludov. Molina d. 7 & 7. tr. 5. D. 5.* imperium hoc de-
finiunt, quod sit Jdictio: quæ opinio *ex th.* præceden-
ti satis refellitur. Alij accipiunt nostram *l. 3. h.* quasi *Ulp.*
cum mysterio dixisset, merum imperium est, gladij ha-
bere potestatem: non autem est potestas, idq; ita per-
multi interpretantur, quasi imperium, quod in Princi-
pe solo residet, *Ulp.* definire voluisset. Sed mihi *Dua-*
reni in comm. ad l. 3. h. & Scip. Gent. de Idict. L. 3. c. 3. as-
sertio haud displicet, qui *d. l. 3. de Magistratum defi-*
nitione intelligunt, in eo verò hic min^o placet quod *d. l.*
exercitium, ab ipso mero imperio segreget. Dicitur
quoq; *in th Gladij*, quem non materialem, pro telo aut
alio instrumento ferreo cum *Muscorn. de Idict. n. 40.*
& seq. & Joanne Monacho eod. tr. c. 3. (qui in *d. l. 3. h.* hæc
verba addenda esse monet: *Vel alterius cujusvis executi-*
onis) sed civilem, punitivum delictorum intelligendū
suadeo cum *Bernh. Suth. d. Idict. aph 393.* quo etiam re-
ferendus *Hillig. ad Donell. L. 17 c. 8. L. pp.* Additur verbū
animadvertendi, quod vehementiam hujus imperij de-
signat, uti alias in summo supplicio usurpatur *l. 8 § 1. ff.*
de pæn. & Coras. in comm. ad t. d. Idict l. 3. in quo à modi-
ca coercitione hoc imperium secerni arbitror. Restant
verba *in facinorosos homines*, quæ sunt subjectum,
cui

cui merum imperium accommodatur, quare sicco pede haud sunt pretereunda, quorum prius gravitate caeteris respondet, & generale, quaecunq; delictorum genera complectens, quæ ll. puniuntur, *Scip. d. l.* Ad posterius notari potest, quod etiam in bruta animadverti possit, sed cum hoc rarissimum & singularis cujusdam exempli sit, comprehendi hac definitione non debuit propter *l. 3. cum. 3. seqq. ff. d. ll.* Vid. *Scip. d. L. 3. c. 4.* & *Hil. lig. ad Donell, 17. c. 8. L. qq.* Notetur vero irrogationem poenarum ad bruta extendi, non principaliter, sed quatenus delictum hominis annexum, vel ad abolendam indigni facti memoriam *c. 4. caus. 15. q. 1.* Vel etiam in poenam hominis quo pertinet *l. un. C. de his, qui Parent. vel lib. occid.* Formaliter enim hæc animalia peccare nequeunt, cum non habeant animum injuriandi & delictum sine animo delinquendi non committatur *Fran. cisc. de Claper. d. imper. & Idict. p. 30. & 31.* Non incommodè hîc inquiritur in definitionem nostram, quæ à *Dd.* variè exagitur, an perfecta sit nec ne? Perfectam existimat *Scip. d. c. 3. Joach. Stephan. d. Idict. Judeor. L. 1. c. 2. n. 5. Matth. Steph. d. Idict. L. 1. c. 6. n. 21. & Suth. d. Disput. aph. 392.* Verum contrarium verius est, videlicet non tam perfectè ibi ab *Ulp.* definiri merum imperium quàm à principaliori parte, sive ab eo, quod in imperio est summum & maximum, ex quo reliqua sequuntur describi: Quippe nulla major fuit potestas in Rep. Rom. quam Gladij, teste *M. Steph. d. c. 6. n. 101.* Unde merum imperium non tantum jus gladij vel capitis amputationem, sed etiam alias facinorum animadversiones complectitur *Vid. Fach. 9. contro. 94. & Ohrecht. d. tr. L. 2. c. 1. n. 59.* Hinc quam optimè gladij potestas ab alijs coercionibus distinguitur *in l. 6. pr. ff. d. off. Procons. conf. Consul. tiss. Dr. Ludw. in not. ad Wes. h. n. 5. in f.*

Hujus verò imperij neq; condemnatio
est, neq; absolutio.

Francisc. de Claver. de Imper. & jurisdict. conclus. 4. n. 4.
& *Scip. Gentil. d. tr. L. 3. c. 5.* putant, quod quemadmo-
dum meri imperij sit facinorosos & convictos vel ma-
nifestos, confessosq; condemnare, ita etiam innocen-
tes absolvere haud sit alienum, propter *l. 3. ff. de re juris-*
dict. & l. 37. de R. J. Neq; tantum ob eam causam, quod
contrariorum eadem sit disciplina teste *Arist. L. 5. Eth.*
c. 1. vel Correlativorum sit eadem natura, sed quia id
ipsum definitione etiam hujus imperij contineatur. At
prius falsum E. & posterius. Reum enim ob commissum
crimen condemnare, non est meri imperij, sed crimi-
nalis jurisdictionis. Cum merum imperium saltim in-
jubendo & animadvertendo *conf. Colleg. Argentoratense*
ad t. d. jurisd. n. 32. Criminalis vero jurisdictio in cog-
noscendo & juredicundo consistat *Vid. Obrecht. tr. L. 1.*
c. 3. n. 24. Ex quibus hæc planè esse diversa satis constat;
Facit quoq; Quod in jurisdictione criminali iudex au-
dientiam suam accommodet, partium accusationes
& defensiones admittat & cognoscat, & tandè proferat
sententiã his verbis. CONDEMNO VEL ABSOLVO, quæ nul-
lum imperium continent. Ubi vero in criminali causa
jus dictum & sententia condemnatoria lata, tunc de-
mum ex mero imperio fit irrogatio poenæ juxta *Obrech-*
tum L. 2. c. XI. n. 4.

V.

Sequuntur gradus meri imperii, in qui-
bus constituendis Dd. discrepant, commu-
niter tamen sex admittunt.

B

Hujus

Hujus imperij gradus Varij varios constituunt :
Quidam enim quatuor gradus secundum numerum,
quaternarium elementorum nobis persuadere manib⁹
pedibusq; obnixè operam dant, *Vid. Mascard. de Prob.
Conclus 403. n. 4.* cum ibi allegatis. Quasi quidam Ma-
gistratus habeant potestatem puniendi in aëre, ut qui
fures suspendunt. Quidam in igne, ut, qui veneficas
comburunt. Quidam in aqua, ut, qui infanticidas cum
serpentibus culeo in futos in vicinum mare vel in amnè
projiciunt & submergunt, ut omnium elementorum,
usu vivi carere incipiant §. 6 *inst. d. publ. jud. l. 1. C. de his
qui fil. occid.* Quidam in terra, ut qui vivos in terra de-
fodiunt. Verum si hanc graduum distinctionem ad-
miseris, quo quæso retuleris amputationem capitis,
quæ nec tota fit in aëre, nec tota in terra, & infinitæ sunt
pœnæ aliæ, quibus Martyres affecti dicuntur, quæ ad
hos 4 gradus referri nequeunt *Bartolus verò & Panormi-
tanus ad c. 10. de off. jud. ord.* Sex faciunt gradus, quos Dd.
communiter sequuntur, *Vid. Wesf. in w. de jurisdict. n. 6.*
Quoddam vocant maximum, quoddam majus, quod-
dam magnum, quoddam parvum, quoddam minus,
quoddam minimum. Ad Maximum referunt potesta-
tem ll. condendi, legitimandi, restituendi natalibus.
Verum nihil hæc cum imperio mero commune ha-
bent. Merum quippe imperium est potestas gladij ad
animadvertendum facinorôs homines, uti in *th. 3. h. o-
stendimus*, hæc vero ad Majora regalia pertinent *vid.
Borcholt. de Feud. in singulari explicatione c. Un. 2. Feud 56*
Majori adscribunt Dd. potestatem animadvertendi in
facinorosos per vitæ naturalis ademptionem, membri
mutilationem, aut in metallum damnationem. De Ju-
re Can. *Ludov. Molina d. tr. de J. & J. s. c. 6. n. 1.* cum Pa-
nor-

normitano *d l* ad secundum gradum refert potestatem
degradandi aliquem, eumq; seculari curiæ tradendi.
Item detrudendi aliquem in carcerem perpetuum. Ad
tertium refertur deportatio. Parvum consistere docet
in potestate relegendi. Minus in modica coercitione.
Et in postremo gradu multam ponunt. Ad singulos
gradus conferatur *Molin. d. l. & omnino Obrechtus h. tr.*
Lib. 2. c. 9. qui examinat hos relatos gradus, quos *Bach.*
ad Wes. in not. h. n. 6. vocat ineptos. Neq; etiam nova il-
la ratione, de quâ gloriatur *Francisc. de Caper. d. tr. Concl.*
5. pag. 33. & seq. sex gradus admittim⁹. Alij aliter ut vide-
re est apud *Bocerum de jurisdict. c. 5. n. 12.* Ubi post varias
Doctorum opiniones refutatas tandem concludit, me-
rum hoc imperium concernere vel preparatoria judi-
cij criminalis, vel ipsam judicationem criminis, vel de-
niq; rei condemnati coërcitionem. Sed nec hæc di-
stinctio reliquis multo melior videtur *Clariff. Dn Ludw.*
d. l. n. 6. cum aperte criminalem Jurisdictionem cum
mero imperio confundat *contra l. 3 ff. h.*

V 1.

Nos quamvis gradus varios & modo nō
infinitos esse fateamur, ad tria tamen genera
eos commode revocari posse existimamus.

Bach. ad Tr. V. 1. Disp. 3. th. 5. L. c. parum quidem re-
ferre autumat plures an pauciores gradus in magna de-
lictorum & pœnarum varietate constituentur, interim
tamen cum *Zasio ad 3.* optimâ ratione posse reduci do-
cet *Matth. Steph. d. tr. L. 1. c. 7. n. 18.* quia fortassis videt
Paulum Jctum pœnas divisisse, ut aliæ sint summæ, aliæ
mediocres, aliæ infimæ *L. 5 sent. tit. 17. adde l. 28. pr. & §.*
1. ff. de pœn. Quæ enim sunt gradus pœnarum, tot quoq;

B 2

esse



esse debent gradus meri imperij : Imperium namque hoc totum circa pœnarum irrogationem & animæ dversionem occupatum est, proinde ut gradus pœnarum certos constituit *Paul d l.* Ita etiam hujus imperij gradus certos & nimirum, ut dictum, 3. rectissime retinent *Tr. d. D. 3, th. 5. L. c. & Obrecht d. tr. Lib. 2. c. 8. n. 21.* At species & formæ pœnarum sunt variæ & innumerabiles, *Scip. Gentil. de juris d. Lib. 3. c. 6.* adeò, ut & si has tu postules ratione certas facere, nihilo plus agas, quam si des operam, ut cum ratione insanias, quemadmodum loquitur *Terent. in Eunuch. Act. 1. scen 1.*

V I I,

Primum genus, seu 1. gradus omnes comprehendit pœnas, quibus mors naturalis, siue ultimum supplicium irrogatur.

Quid vero intelligatur per ultimum supplicium, videre est *ex l. 21 ff. D. pœn.* Quo Crucis, Furcæ, Rotæ & ignis supplicium, capitis amputatio, Submersionis pœna, Dissectio corporis & similes referuntur. Verum, primus hic gradus eò melius ut percipiatur adducta exempla interpretabimur. Et quidem Crucis supplicium apud Romanos & Judæos omnium suppliciorum passione atrocissimum & aspectu horribile fuit. Sed Constantinus Magnus veneratione signi salutis nostræ, & quia hoc signo & vexillo crucis ferocissimos potentissimosq; hostes debellarat, everteratq;, Crucis pœnam sustulit *conf. Covarr. 4. Variar. resol 5. n. 4. & Perez. ad C. d. pœn. n. 2.* Furcæ supplicium cum pœnâ Crucis eodem tempore in usu fuisse probat *ex Cic. Bocer. d. tr. c. 5. n. 22.* sed cum pœna crucis prohibita, Tribonianus crucem mutavit in furcam. *Cujac. 16. Obs. 1.* quâ fures hodiè suspendun-

penduntur. *Ord. Crimin. Carol. V. art. 159. & 162.* quæ pœ-
na est etiã ignominiosissima, *Prosper. Farin. in pract Crim.*
L. 1. t. 3. q. 19. n. 11. Rotæ supplicium est, quando delin-
quentibus rotâ præcipua membra contunduntur; hæc
autem pœnâ plerumq; Latrones afficiuntur, affecti ro-
tæ imponuntur & unâ cum eâ extolluntur, ut & conspe-
ctu deterreantur alij ab iisdem facinoribus, & solatio
sit cognatis & adfinibus interemptorû, eodem loco pœ-
na reddita, in quo latrones homicidia fecissent *l. 28. § pen*
ff. d. pœn. adde *Obrecht. d. tr. L. 2. c. 8. n. 41.* Ignis suppli-
cio afficiuntur Veneficæ ex *Ord. Crim. Carol. V. art. 109.*
Monetarij, qui falsam monetam fabricant, *l. 2. C. de fals.*
monet. Obtinere tamen hanc ignis pœnam in tali reo
puto qui falsam monetam sub forma & imagine Prin-
cipis formavit: Capitalet vero exerceri contra eum,
qui rasisit aut tinxit pecuniam supremi Principis, aut
sub effigie Principis inferioris vel alterius, qui hoc re-
gale habet, cudit falsam monetam, Ita *Clar. in §. falsum.*
n. 37. & Decianus tr. crim. L. 7. c. 23. n. 19. l. ult. C. de veter.
numism. potest. cum l. 1. & 2. C. de fals. mon. conciliant.
Adde etiam *Bach. ad Tr. V. 2. D. 32. th. 8. L. E.* In Gallia,
autem falsificantes monetam Regis in aqua fervente
sive bulliente suffocari refert *Clar. d. l.* Decollatio vel
capitis amputatio rectè quoq; huc refertur, propter *l. 28*
pr. ff. de pœn. quâ pœnâ ll. non tantum persequuntur a-
dulterum *l. 30. in f. C. ad L. Jul. d. adult. §. item lex Jul. 4. Inst.*
d. publ. jud. Sed etiam latrones & sicarios *Carol. Const.*
art. 137. Eadem pœna etiam in prædones dicit *Strassenreua*
ber d. Const. Car. art. 126. ibiq; Matth. Steph. item in incen-
diarios *d. l. 28. §. 12. ff. de pœn.* statuta est. Pœna submer-
sionis non una eademq; est, Parricidæ enim culeo insu-
ti cum cane & gallo gallinaceo, & viperâ, & simiâ, & in-

ter eas ferales angustias comprehensi, in amnem vel in vicinum mare projici jubentur §. 6. *Inst. d. publ. jud. l. pen. pr. ff. ad L. Pomp. de Parricid. & l. un. C. d. his qui Parent occid.* Mater verò quæ infantem occidit, viva, infixò pectori ipsius cuneo, humatur, Nisi desperationis metus adsit, tunc enim submersione in aquam suffocatur ex *Const. Carol. V. art. 131.* Dissectio corporis est pœna, qua delinquentis corpus in 4. scinditur partes, quæ in territorio, ubi delictum est commissum, in viis regijs ad exemplum suspenduntur, quæ pœna observatur in reis criminis læsæ majestatis ex *Const. Car. 124. ubi Matth. Steph. foeminam clementius, uti alias plerumq; fit, puniri debere, quam virum statuit V. etiam Jul. Clar. L. 5. sentent. §. læsæ Majest. n. 8. Damhoud. in prax. crimin. c. 62. n. 6. & Bocer. d. c. 5. ubi plura hujus generis delicta enarrat.*

V I I I.

Ad secundum gradum referendæ sunt pœnæ à morte naturali proximæ, quando nimirum vita civilis, i. e. libertas aut civitas adimitur.

Ex his liquet vitam nostram esse duplicem, aliam naturalem, aliam civilem, quæ libertate & civitate cõtinetur. De illa diximus *in th. præcedente*: De hac nunc dicendum erit. Hæ pœnæ, quæ in amissione civitatis consistunt *l. 103. de V. S. & morti proximæ, uti constat ex th. nostra & ex d. l. captivum 28. vers. deinde ff. d. pœn.* sunt duorum generum: Vel enim servitutem injungunt vel civitatem solummodo auferunt. Duobus namq; modis civitas amittitur. Primo ut libertas una adimatur, ut est metalli coërcitio *d. l. 28 & l. 8. §. 4. ff. d. pœn.*

pæn. Deinde ut libertas quidem retineatur, civitas ve-
rò amittatur, qualis est in insulam deportatio § 2. *Inst.*
d. cap. de min. l. s. pr. ff. eod. l. 17. §. 1. ff. de pæn. quæ in locum
aquæ & ignis interdictionis successit l. 2. §. 1. ff. de pæn.
Ad quem gradum etiam refert *Trentl. V. 1. D. 3. th. 5. L. e.*
bannum imperij, quod in locum deportationis nunc
successisse à *Dd.* dicitur, sed displicet *Bocero d. c. 5 num. 35.*
cum magna sit differentia inter has pœnas, ut testatur
Gail d. pace publ. Lib. 2. c. 1. n. 20. & alibi, deterioris enim
conditionis inquit, bannitum esse, quam deportatum,
unde quoq; *Prosper. Farinac. in pract. crim. Lib. 1. t. 3. quest.*
19. n. 16. secundum quid bannitos deportatis æquiparari,
& cum judicentur inter se tanquam excedens & exces-
sum, tertiam quandam speciem à deportatis bannitos
constituere opinatur *Vid. Clar. §. fin quest. 71 n. 12. & add,*
Bach. ad Tr. d. D. 3. th. 5. L. e. ubi hoc genus pœnæ ad pri-
mum gradum referendum censet, quod verò probari
haud potest, cum vitam naturalem, hæc pœna, non di-
rectè auferat, quemadmodum rectissimè sentit *Specula-*
bilis D. Decanus in not. ad Wes. d. juris d. n. 6.

I X.

Tertii demum gradus est jus pœnarum
non capitalium, qualis est membri ampu-
tandi, relegandi, damnandi in opus publi-
cum, fustigandi, flagellandi, multandi & si-
milium potestas.

Hoc gradu demum vides, si multa paucis involvam,
pœnas illas contineri, quibus corpus aut existimatio læ-
datur, aut damnum duntaxat inferatur, *d. l. 28. §. 1. d. pæn.*
& l. 2. ff. de publ. jud. quæ à Valent. Forster, Hist. Jur. Civ. c. 86

num.



num. 21. ad non summum imperium videntur relatæ. Ordine si fuerint prædictæ poenæ explicandæ, initium faciendum duco à membri Mutilatione, quam optimè ad hunc 3. gradum referunt *Matth. Steph. d. juris dict. L. 1. c. 10. & Perez ad C. de poen. n. 5. vid. etiam Jacob. Menoch. de arbitr. jud. Lib. 1. q. 86. n. 9. & seqq.* Ubi tn. magnum litigium est inter interpretes; Quidam enim hanc membri amputationem, inter quos est *Obrechtus d. tr. Lib. 2. c. 8. n. 24* referre conantur ad primum gradum, cum membrum illud quod abscinditur mori quodammodo dicatur, quod etiam placet *Muscornio d. juris d. n. 85*. Quidam ad secundum gradum referunt, ut *Scip. Gent. d. tr. & Suth in Disp. Inaugur. d. juris d. aph. 398* fortassis ob hanc rationem, quia ad 1. gradum referri non potest, Eò ad Secundum ut referatur dicendum videtur; quod colligitur ex *Bocer. d. c. 5. n. 11* sed malè; quia intentione irrogantis, neq; vitam civilem, neq; naturalem, hæc poena aufert: non hanc, quia per se atq; eâ quâ oportet moderatione adhibitâ, eam minimè tollit, ut experientia satis testatur: non illam quia membro mutilatus & civitatem, & libertatem retinet *arg. l. 10 ff. Qui testam fac poss.* Scire si desideras, in quibus delictis hæc amputatio obtineat, brevitatis gratiâ te remitto ad *Bocerum d. c. 5. n. 37*. Huc quoq; referenda Relegatio. ad tempus, vel in perpetuum *d. l. 28. §. 1. de poen.* Quanquam non desint, qui relegationem poenis capitalibus accensere audent, de quibus *Gadd. in l. 103 n. 4. de V. S.* Item Damnatio in opus publicum *d. l. 18. §. 1. de poen.* Fustigatio, Flagellorum castigatio *l. 7. d. t.* cum hoc tamen discrimine, ut fustigatio locum habeat in liberis hominibus vilioribus, non honestioribus flagellatio autem in tervis *l. 10. in pr. ff. de poen. & l. fin. ff. d. injur.* Damnum pecuniarium cum infamia

famia conjunctum, Dignitatis aliqua depositio aut act⁹
alicujus Prohibitio, *l. 8. in pr. ff. de pæn. Obrecht. d. L. 2. c.*
8. n. 67. & seqq 6. Hodie vero & ad gradum huncce re-
ferri solet p^ali numellarij pœna die *Straff des Brangers*
oder HalsEisens & confinatio, quâ delinquens fines si-
bi certos concessos excedere vetatur.

X.

Q. An Carcer itidem pertineat ad gra-
dus meri imperij?

De Jure Civ. hæc Quæstio frustranea est, cum eo
jure tam pœna perpetui carceris *l. 35. ff. de pæn. l. 6. C. eod.*
quam temporalis regulariter & ordinariè nemini pro
pœna debeat imponi *Bach. ad Tr. V. 2. Disp. 31. th. 4. Lit. d.*
Etenim carcer ad continendos non puniendos homi-
nes haberi debet *l. 8 §. 9. ff. de pæn.* Quo etiam respici-
unt verba *P. H. S. Art. XI. Daß die Gefengniß zu behal-*
tung vnd nicht zu schwerer / gefährlicher Peinigung soll ges-
macht werden. Nec movent *l. 3. ff. & l. 2. C. d. Custod. reor.*
in quibus carcer pœna dicitur per accidens, quia tollit
libertatem faciendi quod velis. Vid. *Cujac. L. 14 Obs. 34.*
Farinac in pract. crim. L. 1. t. 4. quest 27. n. 104. & omninò
Bach. d. l. ubi quoq; respondet ad reliqua contraria. Est
tamen pœnæ loco carcer, ubi quis in eo vinculis con-
stringitur, sed hoc non fit tam propter carcerem, quam
propter Vincula, quæ corpori humano cruciatum in-
fligunt *d. l. 8 §. 9. ff. de pæn. & l. 38 ff. de injur. conf. Excell.*
Dn. Hahn, Præceptor æternum observandus. Quamvis Treutl.
d. th. 4. L. d. & Wes. alias Jctus quondam incomparabilis in w.
de fidejuss. n. 4 contrarium asserant. Sed Jure Pontifi-
cio, quod mores hodierni sequuntur, etiam liberi ho-
mines pœnâ perpetui carceris plectuntur *c. quamvis de*

C

pæn.



pœn. in 6. V. Clar. s. sent. § fin. q. 70 n. 4 Quæ pœna morti æquiparatur, quando scil. incarceration perpetua ob capitale delictum est facta, & tunc hanc pœnam incarcerationis ad primum gradum referendam rectissimè antumat *Obrecht. de juris d. Lib. 2. c. 8. n. 74.* Secus verò esse docet quando crimen perpetratum ad secundum, vel tertium gradum refertur, ita verò ut hic quoq; semper æstimetur gradus secundû qualitatem causæ principalis, quæ est delictum commissum *jung. Obrecht. d. l. n. 75. & seqq.* Quod si verò incarceration fiat ad cognitionem criminis, vel custodiæ causa benè refertur ad mixtum, non merum imperium. Idem etiam statuim⁹ de quæstionibus seu tormentis: Si enim illæ ad cognitionem criminis adhibeantur, sive in causa civili sive criminali id fiat utroq; casu ad mixtum imperium spectant. Nec Obst. Magistratus Municipales habere imperium mixtum nec tamen quæstionem seu torturam &c. *Magistratus Municipales non omne mixtum imperium habere sed illud tantum, quod in levi coercitione consistit qualis est coërcitio, quæ fit pignoris captione &c. Vid. Obrecht. d. c. 8. n. 81.*

X I.

Præmissâ descriptione & explicatione partium meri imperij, non incommodè subjicimus personas, quibus sit tributum, cum à secularibus, tum ab Ecclesiasticis personis. In Ecclesiasticis tria distinguuntur tempora, quorum primum facimus

cimus

rti
ob
ar-
mè
erò
m.
m-
in-
. d.
ni-
ad
m^o
ni-
e
pe-
m-
am
pe-
one
one
ca-
in-
fit
le-
di-
fa-
us

cimus à Christi temporibus, alterum à Justi-
niano Imperatore usque ad tempora Caroli
Magni, quo cæpit Jus Pontificium invalesce-
re, tertium adhæc usq; nostra tempora de-
ducimus. In Secularibus itidem distingui-
mus tempora, & quidem hæc omnia præter,
ea, ut eo melius ex hisce tricis nos evolvere
& eo ipso, quæ ad explicandam hanc subti-
lissimam materiam faciunt, ex historiarum
monumentis, & ex Jure nostro Justinianæo
eruerere queamus.

X I I.

Quod ad primum tempus attinet, duæ
oriuntur quæstiones, i. est. An penes Eccle-
siasticum Judæorum confessum fuerit ul-
lum Jus Gladij temporibus Christi?

Christi temporibus imperium merum proculdu-
bio fuit penes Reges vel Tetrarchas, & apud Procura-
tores Cæsaris, ex quorum numero fuit Titius Pontius^o
Pilatus qui Judææ tum temporis præfuit. *V. Flav. Joseph.*
antiquit. Judaic. L. 18. c. 3. An verò penes Ecclesiasticum
Judæorum confessum, qui *ουβεδειου* propriè dicitur, ulla
fuerit potestas Gladij, inter Dd. dubitatur? Ego, ut ve-
rum fatear, nullibi in Historiis demonstratum reperio,
tale fuisse imperium penes hunc confessum, quale defi-



nitum extat *in l. 3. h.* Sed contrarium potius colligo ex
Historia Herodis, qui cum novum Templum Judæis
ædificasset, in eo fecit porticum, duos parietes argen-
teos opere artificiali continentem, ac supra Januam,
ex auro ductili aureum gladium 12. librarum pondus
habentem collocavit, cum inscriptione hac: Alienus
qui accesserit, interficiatur, ut *Josippus* refert. Quibus
verbis non tantum imperij adepti stabilitatem decla-
ravit: sed & ne impostero appeteretur à quopiam,
sub poenâ capitis absterruit. vid. *Joach. Steph. de juris dict.*
Judæor. L. 1. c. 7. num. 81. Interim tamen ultrò largior
modicam coërcitionem & prehensionem, quoad sa-
cra & ministerij autoritatem defendendam Judæis fu-
isse relictam. Fuerunt igitur sub potestate Romano-
rum, qui illorum illi adeò despiciatui habuerunt, ut cri-
minibus, Judæis alias capitalibus, vix ac ne vix quidem
poenam aliquam statuerent. Hinc est, quod Christum
quem Judæi ob blasphemiam imputatam libenter lapi-
dibus ex lege sua obruissent, non blasphemix apud Pi-
latum accusarunt, quam sciebant ipsum non executu-
rum, sed reum læsæ Majestatis & seditionis in populo
motæ fecerunt, *Lucæ 23.* quod se Regem fecisset, quasi
animatus hostili animo coactis & adunatis sibi quibus-
dam hominibus adversus imperatorem Romanum,
quid attentasset, ejusq; majestatem imminutum ivisset,
quod est perduellionis crimen, ut ita poenâ legis Roma-
næ afficeretur. Unde etiam supplicium crucis ei irro-
gatum more Romano. Id enim propriè Seditiosorum
erat *l. 38. § 2. ff. de poen.* Ubi verò crucis vocabulum à
Triboniano in furcæ mutatum est, *conf. Cujac. 16. Obs. 1.*
& th. 7. h. Nec quicquam in contrarium faciunt ex-
empla Moysis, Samuelis & aliorum, qui non tantum
Sacer-

Sacerdotes, sed etiam iudices fuerunt summi, de quibus *R.* extraordinaria ea fuisse & à DEO ita injuncta, quæ non temerè in consequentiam trahi debent. Nec refragatur supplicium Stephani, Martyris & aliorum, *R.* non cum *Joach. Steph. d. c. 7. n. 97.* quasi hoc imperium Romani reliquissent Judæis in Religionem impugnantibus aut novam introducentes, sed quod non ex iudicio, sed ex tumultu & furore sceleratissimorum hominum sint condemnati & interfecti, *Act. 7.* Nec Obst. argumentum ex actione & iudicio adversus Christum, idq; multiplex, & præcipuè, quod Pilatus ipse, iudicare de eo Sacerdotes, non solum permisit, sed iussit, ut dignis modis illi pœnam infligerent, cum diceret: Crucifigite eum. Sed hic Sarcasmus fuit Pilati, quod & Judæos intellexisse ex eo colligitur, quod sibi id minimè licere responderent. Neq; Pilatus id ipsum concedere potuit, nec debuit, quia secundum jus Romanorum merum imperium nec in alterum transferri potest, nec alteri mandari, cum non competat Jure Magistratus, sed speciali legis concessione *l. 1. ff. de off. ejus. cui & c. vid. omninò Scip. Gent. de juris dict. Joach. Steph. d. c. 7. & Clarissimus Dn. Conring. Præceptor & Fautor observandus,* qui Synedrij hujus originem & regimen Judæorum eruditè descripsit in *Diss. quâdam d. Rep. Hebræor.* Hinc *Scipioni d. l. non admodum placet Sigon. d. Rep. Hebræor. L. 6. c. 4.*

X I I I.

Secunda quæstio est. An primi Sacerdotes habuerint merum imperium?

Hæc quæstio de Christianis Sacerdotibus Veteribus priori non valdè dissimilis est, quemadmodum

enim Judæorum confessus Synedrium, ita Christiano-
rum confessus dictus est presbyterium. Cujus com-
muni consilio primâ ætate Ecclesias fuisse gubernatas
& promiscuè Episcopos & presbyteros audijse asserit
Dn. Conring Diss. de Constit. Episcop. German th. 9. Hi ve-
rò Presbyteri an merum imperium habuerint, valde
dubium est, cum S. Scriptura exercitium gladij mate-
rialis & corporalis prohibuerit, & in vaginam retineri
jusserit *Matth. 26.* & D. Apostolus Petrus præceperit
Episcopis *μηδ' ὡς κατὰ κρεῖττοντες τὸν κλήρον 1. Pet. 5.* cum im-
perium dominium in populum arguat, ac Evangelij
doctrina potestatem secularem non spoliet dominio ac
jurisdictione, sed potius tueatur ac conservet. Adem-
tis enim jurisdictione & imperio à Magistratu politico,
colligeretur, quod homines in jus & jurisdictionem
Sacerdotum prædicatione Evangelij concesserint.
Non obstante, quod Apostoli anathematis exercitio in
Christianos contumaces animadverterint, quod præ-
supponere videtur imperium. R. in rebus ad religio-
nem pertinentibus Apostolorum judicium Vanum
haud fuisse, teste *Scip. de jurisdic. L. 3. c. 14.* Nec refra-
gantur exempla Ananiæ & Saphiræ aliaq; plura quæ
cumulantur à *Petr. Greg. Tholos in Syntagm. 7. Univers. L.*
15. c. 1 in f. Quæ profectò fuere extraordinaria & so-
lius DEI instinctu & Spiritu administrata, ita ut non
possint in consequentiam duci. Hinc constat primam
Ecclesiam non imperium sed disciplinam Ecclesiasti-
cam sub imperatoribus gentilibus excoluisse, hac enim
remissâ Christiana religio illiciti ausus aut turpitudi-
nis nomine apud Gentiles facilè esset traducta. Hoc
tamen observatione dignum est, quod disciplina hæc
cum

eum imperio civili nihil habeat commune *conf Joach.*
Steph. d. jurisdict. Ecclesiasticorum L. 4. c. 2.

X I V.

Nunc inspiciendum alterum tempus
circa Jus Gladij Ecclesiasticum, quod inci-
pit à tempore Just. Imperatoris & desinit in
Carolo M.

Videamus igitur de Jure Justinianæo, in quo leges
etiam Principum Christianorum priorum, ut Constan-
tini continentur, sub cujus imperio, postquam Reli-
gio Christianorum felici incremento in Provinciis Ro-
manorum erat sparsa, divino (ut dicitur) ductu Au-
toritas Episcoporum ita est adaucta, ut non solum ad
curam sacrorum & religionis, sed etiam civilium ne-
gotiorum tractationem sint adhibiti, & cum Constan-
tinus amplissimis bonis, ut & reliqui Impp. Ecclesiam
donaret, simul etiam Clericis facultatem cognoscen-
di in ipsis concessit non verò exequendi, Und in *Lib. 1.*
Cod. titulum inscriptum de Episcopali audientiâ, non
jurisdictione Cujac. in w. C. de Episc. aud. autumat. Ac-
cedit quod Principes Christiani olim caverint, ut Clerici
in causis civilibus æquè judicem politicum sequerentur
ac Seculares Perez ad C. de Episc. & Cleric. n. 12. non
autem Episcopum, nisi adversarius in eum consensisset.
l. 33. d. t. jung. Scip. Gentil. d. tr. L. 3. c. 15. Quamvis
Theodosius in C. d. Theod. eod. t. Justin. Nov. 123. c. 8. & 21.
Fred. Imp. in auth. Statuimus C. eod. d. Episc. & Cler. id ipsū
imminutum iverint. Cæterum in criminalibus nullus
dubito, quin Clerici Laicorum jurisdictioni & impe-
rio fuerint subjecti auth. Clericus C. de Episc. & Cler. & c.
si quis

si quis 45. c. 11. q. 1. quamvis & hi textus quoq; sint corre-
cti per *c. 10. extr. de jud. Umm, in Process. D. 4. th. 6. n. 31.* ut
hodiè secularis iudex cujuscunq; etiam dignitatis sit
clericum criminis reum punire nequeat, nisi fortè de-
missio habitu clericali se immiscuerit atrocibus delictis
& ita in flagrante crimine deprehensus sit *c. 32. extr. de
sent. excomm.* aut potestas Ecclesiastica deficiat, tunc in-
defectu iudex Laicus Clericum punire potest *arg. c. 31.
causa 16. q. 1. & c. 20. causa 23. q. 5.* Secus est in actione reali
Cum enim ea non tam contra personam possessoris,
quam rem ipsam detur, verius est clericum coram iudi-
ce laico rectè conveniri posse *Gail. 1. Obs. 37. Myns. 1. Obs. 22*
qui tamen ex parte dissentit, *add Tr. V. 1. D. 12. th. 10. L.
A. ibiq; Bach. & Excell. Dn. Ludw. in Process. c. 3.*

XV.

Tandem de Caroli Magni & deinceps
temporibus nobis agendum est.

Accedimus nunc ad tempora posteriora, ubi non
interpretaturi sumus, quomodo bona Ecclesiastica sint
aucta & quam immensam potestatem sibi hodiè arro-
get Pontifex, quod ab alijs factum memini, nec institu-
ti ratio permittit; sed An Ecclesiastici habeant jus Gla-
dij? *Panorm c. quod sedem d. off. ord.* quidem ait, Episcopos
in Ecclesiastico foro ea omnia habere qua sunt imperij
meri, præterquam ad primum gradum quæ ab eo re-
feruntur; quo etiam tendere videtur *Ludov. Molinatr. s
D. 7.* Sed ut sit, Poenam sanguinis Ecclesiasticos Ju-
dices imponere non posse neq; executioni dare indubi-
um est *c. 5. & pen. extr. Ne Cler. vel Monach. conf. Molin. d.
tr. d. 7. & 7. tr. 3. D. 49.* quia sc. à sanguine abhorret Ec-
clesia, sed quando imponenda est ob delicti atrocitatē
tunc

tunc degradandi, ac delinquentem curiæ seculari tradendi potestas Clericis permittitur juxta *Scip. Gent. h. tr. L. 3. c. 16 & thes. preced.* Hæc quidem de Jure Can. cui nõ repugnat J. Civ. rectè sese habent. Sed de moribus & consuetudine videmus eosdem esse Clericos ac principes, præsertim Episcopos Germaniæ, qui & Regalia habent, quæ ipsis ab Imp. per investituras conferuntur, non minus quam alijs Principibus secularibus. *Reink. de Reg. secul. L. 1. class. 4. c. 9. n. 28.* qui textus aliquot ex A. B. allegat, inter alios tamen huc facit *tit. 29. Petri Osterm. in Epit. A. B. methodica*, ubi definitur pecunia quam Principes tam Ecclesiastici quàm seculares Feuda sua ab Imp. vel Rege Romanorum recipientes exsolvere tenentur, *V. & Buxdorff. in A. B. conclus. 69. L. 1.* Hinc alios etiam de bonis suis investire possunt *1. Feud. 1. & 2. Feud. 35.* Vid. *Consult. Dn. Ludw. in Synops. Jur. Feud. c. 5.* merumq; Imperium in eos transferre *Scip. d. l.* quæ tamen prius facere non debent, quam ipsi met è manu Imperatoris investituram acceperint per sceptrum vel anulum & baculum *Cujac. de Feud. L. 1. t. 1.* nisi feudis suis privari velint: quod Episcopo Bremensi & Halberstadiensis accidisse memorat *Matth. Steph. de juris d. Lib. 3. p. 1. c. 14. n. 19.* quavis autem Episcopi fuerint creati. Sed postmodum Henrico V. imperante transactio facta est per quã is omnes quidem Episcoporum & Abbatum investituras per anulum & baculum fieri solitas Pontifici cessit: Sibi verò reservavit, quod in Episcopos & Abbates electi investituram regalium suorum, per sceptrum ab Imperatore recipere teneantur, prout refert ex *Sigon. de regn. Ital. Buxtorff. in Disp. inaug. in 17. priora A. B. Carol. IV. capit. th. 69. L. A.* Sed hanc Henrici constitutionem frustra fuisse & exolevisse rectè existimat *Scip. Gent. d. c. 16.* Cum

D

feuda



feuda & ditiones ab Imperatore & imperio non à Papa etiam hodiè nostri Episcopi accipiant, non quidem, tanquam Ecclesiastici, sed quatenus Principes sunt imperij Rom., teste *Vult. de feud. Lib. 1. c. 5. n. 7.* Quare Imp. nostro & deponendi potestas rectè relinquitur.

XVI.

Haëtenus de ordine Ecclesiastico. Nunc pergendum erit ad personas seculares & præcipuè ratione Reip. Rom. etiam Tria tempora considerata occurrunt; Quorum primum est Imperium Regum; Secundum cõsulum; Tertium Imperatorum, & his non in commodè subjungitur status hodiernus, & quo Jure Jus Gladii transferatur & exerceatur.

XVII.

Quæritur igitur 1. An Reges & quinam alias sub eorum imperio habuerint merum imperium seu Jus Gladii?

Urbem Romam ab initio à Regibus sine certa lege & certo jure, sed Regia manu gubernatam fuisse tradit *Pomponius l. 2. §. 1. ff. d. O. Jur.* Nam & Romulum ipsū purpurâ ornatum ac in excelsa sede conspicuum sedentem dedisse populo jura, exercuisseq; judicia videtur est ex *Franzkio ad ff. d. O. J. n. 8.* & ibi allegatis. Reges verò hi qui clavū Reip. tenuerunt, quin habuerint merum imperium, indubium est, siquidem ipsi omnia per se, sine certo jure administrarunt, & summum penes eos.

eos imperium, summaq; fuit potestas, non solum ad tē-
pus definitum, ut fuit penes Dictatores *l. 2. §. 18. de O. J.*
sed ad vitam usq; Non autem refedit hoc imperium,
tantum penes Reges. Sed etiam præfectum urbi, cum
hac tamen differentiâ, ut si Reges domo essent profecti
ad exercitum ducendum vel alia expedienda, Hic Jus
redderet &, in facinorosos animadverteret, uti constat
ex *Tacito Lib. 5. & Dionys. Halicarnassæo antiquit. Rom.*
L. 2. Præterea quoq; dicto tempore jus gladij habuisse
Duumviros Capitales & alios refert *Obrecht d. tr. de ju-*
risdict. L. 2. c. 4. n. XI. §. seqq.

X I I X.

Secundo Q. An Consules & quinam eo-
rum tempore habuerint merum imperium?

Auctâ Populi multitudine & dehinc exorta suffra-
giorum diversitate & dissensione, rogatio & latio legû
plebiscitorumq; difficile admodum cum procederent
necessitas ipsa curam Reip. ad Senatum deduxit *l. 2. §. 9*
ff. de O. I. & propterea Tarquinius ultimus Regum Ro-
manorum autore Bruto Consule Româ expulsus est,
cum fatuitatem simularam Brutus deposuisset. Vid *Di-*
onys. Halicarnass. antiquit. Rom. L. 4. Adeoq; Regibus planè
exactis in unius Regis locum duo Consules creati sunt,
l. 2. §. 16. de O. J. ut si fortè alter tyrannidem exerceret,
ab altero, cujus potestas par esset, cohiberi posset. Ho-
rum potestas ab initio eadem fuit, quæ ante Regum,
unde nullum dubium erit, quin primi Consules habu-
erint jus gladij. Sed quoniam plebs nimium illud im-
perium Consulium ferre non poterat & servire se con-
quereretur, Publ. Valerius, Publicola dictus, omnem
operam navans, quo Regni affectandi suspensionem,

D 2

e vi-



evitaret *Liv. L. 2.* & ne per omnia regiam potestatem, viderentur habere Consules, *Bach in comm. ad 1. part pandect. l. 2. §. 16. de O. J.* legem tulit, ut postmodum à Consulibus provocatio esset ad Populum, neve possent in caput civis Romani animadvertere injussu populi, *d. l. 2 §. 16. exactis &c de O. I.* Populi itaq; potestas confirmata & Consularis ferè incisa & sublata est, ut *Coss. autoritas in populi potestate planè fuerit recondita Joach. Steph. d. tr. L. 3. c. 3.* Interdum tamen consulibus criminalem jurisdictionem & merum imperium certâ de causâ iterum concessum esse ostendit ex *Liv. Obrecht. d. tr. Lib. 2 c. 5.* Ubi etiam Dictatorem ex *l. 2. §. 18. de O. I.* Decemviros, qui abrogatis, alijs Magistratibus soli Remp. administrarunt, Triumviros capitales ex *l. 2. §. 30. de O. I.* & plures habuisse imperium merum satis eruditè demonstrat. Quod imperium usq; ad tempus Imperatorum durasse dicitur, de quo in seqq.

X I X.

Tertiò deniq; quæritur; Quinam in Rep. Rom jus habuerint Gladij tempore Imperatorum?

Cum populus Rom. ab initio in potestate Regum esset, deinde regio dominatu excusso, in autoritatem Reip. ac Magistratum incidisset, hisq; per annos 725. usus fuisset, tandem in regiam dominationem redire coactus est, cujus imperij vel dominationis fundamentum Julius Cæsar jecit, teste *Dione*, quem popul^o Rom. primo Imperatorem appellasse scribit, non quemadmodum Imperatores antea dicebantur, qui magno prælio victorias recuperarunt, aut in magna potentia erant, sed veluti hi, qui summum imperium habent vel nemi-

neminem recognoscunt superiorem. Hoc autem summum imperium vel potestas, quâ gubernarunt totum Romanum imperium, suo ambitu merum imperium, seu Jus Gladij complectitur. Unde ex historijs patet, Imperatores præter alia, etiam de causis capitalibus cognovisse & in facinorosos ultimo supplicio animadvertisse. conf. *Obrecht. d. tr. L. 2 c. 6. n. 3.* Et sacrum imperium Rom. à nullo nisi à DEO recognosci cautum esse tradit *Matth Steph. de jurisd. L. 2. c. 1. n. 47.* à cujus majestate coelesti pervenit *l. 1. C. de vet. I. enucl.* idq; indicant verba: **Wir von Gottes gnaden.** Unde ratione ejusmodi imperij non immeritò dicitur Mundi Dominus *l. 9. ff. ad L. Rhod. d. jact. & alibi*, ubi tamen videndus est *Grot. d. I. B. & P. L. 2. c. 22. n. 13.* & ab ipso ad marginem allegati, à quo tanquam fonte derivatur imperium in Magistratus *Scip. Gent. d. tr. L. 3. c. 18.* Imperatorum autem tempore quidam habuerunt merum imperium in urbe, quidam extra urbem. In urbe Senatus & Præfectus urbi. Senatus quidem sub consulibus non exercuit merum imperium, uti ex *Polyb. & Obrecht d. tr. c. 5. n. 54.* constat. At sub Principibus secus sese res habebat, uti liquet ex *Suet. Plin. & aliis* Præfectus Urbi ab Augusto excogitatus dicitur, non quod ab ipso primum institutus sed renovatus sit. Hic non modo intra Urbem sed intra centesimum lapidem animadvertere potuit *l. 1. pr. & §. 4. ff. de off. Præf. Urb.* Extra Urbem jus gladij habuisse dicuntur Præfecti Prætorio & horum vicarij, Magister militum, Comes Orientis, Præfectus Augustalis, Proconsul & Præses vel Rector Provinciæ, de quibus singulis vid. *Obrecht. 8. L. 2. c. 6.*

Supereſt, ut de hodierno imperii ſtatu
pauca quædam adjiciamus.

Postquam Imperium Romanum per Carolum M.
in Germanos translatum, quo ipſo varia illa dignitatũ
& Principalium nomina non ſolum frequentari deſie-
runt, ſed totus ſtatus eſt mutatus, ut qui olim fuit Mo-
narchicus, hodiè ſit mixtus; quapropter neminem Ju-
ra antiqua civilia his temporibus & Magiſtratibus ſine
discrimine & judicio accommodare poſſe arbitror, niſi
inſinitis erroribus implicari, nec non oleum & operam
perdere voluerit. Hoc verò ſtatu, ubi imperium divi-
ditur in caput & varia membra Imperij, quis dubitaret
Imperatorem non tantum, ſed etiam ipſa membra ha-
bere merum imperium, quia non ad tempus, ut olim
arg. l. 58. ff. de jud. ſed perpetui magiſtratus ſunt, & ple-
rumq; univerſas regunt provincias *l. 6. §. 8. ff. de off. præſ.*
& Valet hîc *Dd.* multorum ſententia, tantum Principẽ
hunc vel illum poſſe in ſua ditione, quantum impera-
torem in imperio. *Scip. Gent. d. tr. L. 3. c. 18.* quæ ſenten-
tia verò cum vulgus *Dd.* eã abutatur, cum micã ſalis ut
intelligatur neceſſe eſt conf. *Ubenſhal in Colleg. Polit. ex-
ercit. 9. q. 2.* Idem dicendum concludo de civitatibus
Imperialibus, quæ cum habeant Jura Principum & Sta-
tuum Imperij *Matth. Steph. de juris d. L. 2. p. 2. c. 1. n. 64.*
Immò multis ampliffimis privilegijs gaudeant, Jus Gla-
dij merumq; imperium ipſis non denegandum. *Vid.*
Scip. d. L. 3. c. 22. Verum municipales quod attinet, eas
nec *Jure ſſtorum* nec *Cod* nec *Novell.* habere merum im-
perium certiffimum eſt, licet hoc noſtro tempore eo
utantur vel emtione, præſcriptione, vel alio titulo *Matt.*
Steph.

Steph. d. tr. L. 2. p. 2. c. 2. n. 17. Et cum in civitatibus quibusdam Germaniæ reperiantur SCABINAT⁹ & SCABINI, pauca quædam de ijs addere lubet; Constat enim cum Carol. M. sibi totam Germaniam subdidisset, in inferiori Saxoniâ imprimis suæ libertatis & ditionis vindices reperisse, qui vincere haud vinci consueverant, unde tandem victis Scabinos cum singulari iudicio (quod à natione olim dicebatur Westphalicum iudicium) præfecit, quos omnem justitiam administrantes, imperium merum etiam exercuisse palam est. Nec est quod fabuleris, illud iudicium planè fuisse iniquum: est enim ex deliberato animo ab ejusmodi Imp. conditum, de quo aliquid sinistri dicere satis esset impium; tum electi & cooptati semper Scabini, præstito in causis singulis sacramento religionis arctissimo, & viri integræ fidei, atq; Juris non imperiti, quorum hætenus in Westphalia nulla fuit penuria teste *Davide Chytræo in Orat. de veteris Saxonie provinciâ amplissima conscripta, quam Joannes Domannus vindiciis suis pro Westphaliâ adversus justum Lipsium adjecit. De alijs Scabinis qui sunt in superiori Saxonia & alibi vid. Matth. Steph. de jurisd. L. 2. p. 2. c. 4.*

X X I.

Non verò jus Gladij cuiquam competit jure Magistratus, sed specialiter & nominatim, ut concedatur necessum est.

Hanc thesin quod attinet certum est, merum imperium, illis solum competere, quibus à lege, Senatus consulto vel principum constitutione specialiter & nominatim est concessum *l. 1. §. 1. de off. ejus & c. l. 6 in pr. ff. de off. Procons. l. 70. de R. I. vid. Francisc. de Clap. de imper. & jurisd. conclus. 4. n. 2. & Joan. Longovall. in l. imperium. ff. h. p.*

177. Thom. Michael in D. inaug. in Academia Rauracorum habita de jurisd. th. 80. L. b. Andr. Knich. de vestitur. pact. p. alt. c. 1. n. 68. & seq. Observandum autem hîc, lege dari vel tribui, dici vel specialiter & nominatim, ut merum hoc imperium, vel generaliter, quomodo omnis jurisdictionis defertur à lege non nominatim, sed solo jure Magistratus. Magistratu enim creato, statim & tacitè eum sequitur jurisdictionis. Sic judicis dandi potestas à lege tribuitur l. 12. §. 1. de jud. non specialiter, ut putat Vacon. à vac. L. 6. declar. 84. n. 8. & Tr. V. 1. D. 12. th. 7. L. f. sibi quodammodo contrarius D. 3. th. 4. L. A. Sed in genere per ipsum Magistratus officium arg. d. l. 12. §. 5. de jud. Ubi non tantum mandari dicitur, quod de ijs, quæ nominatim conceduntur, affirmari non potest l. 1. ff. h. sed & propter vim imperij Jure Magistratus concessa Scip. Gent. L. 2. de jurisd. c. 14. Bach. ad Tr. d. D. 3. th. 4. L. A. & Ampliss. Dn. Ludw. in not. ad Wesf. de off. ejus, cui & c.

X X I I.

Quod nec jure civili, nec consuetudine hodiernâ mutatum reperitur.

Permulti quidem, ut Donell. Cujac. & alij nobis persuadere student, quod merum imperium quidem ab initio specialiter competierit, sed deinceps competere cœperit Jure Magistratus. Verum turpiter se dant I. Quia cum hæc sit natura meri imperij, quod specialiter competat, non opus est in quolibet Successore hoc repetere, sed tacitè repetitum præsumitur, II. quod post Syllam merum imperium, sæpius specialiter fuerit concessum teste Sigonio L. 2. de judic. c. 4. III. quod & tempore Jætorum, qui dissentiant, duraverit illa regula l. 1. d. off. ejus, & merum imperium specialiter competierit

tierit vid. *Clar. Dn. Hahn. ad Wes de off. ejus. num. 3.* Com-
muniter verò Dd. putant, quod hodiè Jus Gladij com-
petat Jure Magistratus, quos sequitur *Wes. in w. de off. ejus,*
cui &c. n. 4. proindè indistinctè possit mandari *Tr. d. D.*
3. th. 6. L. E. & G. At contrarium longè verius est, non
tantùm quia *l. 1. §. 1. d. t. l. 6 de off. Procons. & l. 70. de R. I.*
nusquam inveniuntur correctæ, sed quia etiam per no-
vissimam constitutionem criminalem *Carol. V. art. 2.* ad-
huc hodiè delegatio meri imperij est prohibita, exce-
ptis certis casibus E. in cæteris obtinet regula scil. quod
mandari nequeat, quia exceptio confirmat regulam in
casibus non exceptis. Nec quidquam movet, quod de
Electoibus, Principibus, Comitibus, Baronibus &c.
objiciunt, eos videl. merum imperium habere Jure
proprio, adeoq; Jure Magistratus *Resp. Bach. d. D. 3. th.*
6 L. E & G. eos non simplices esse Magistratus, sed Prin-
cipes & Dominos terrarum, qui regalia habent & tam
in civilibus quam criminalibus causis ipsimet Magistra-
tus constituere possunt. Ad *text.* quos allegat *Tr. d. l.*
ex jure nostro l. un. C. qui pro sua juris d. & l. 2. §. 1. C. de his
qui latron. &c. R. Bach. d. th. 6. L. G. posteriorem nihil pro-
bare, priorem verò optimè ad varietatem causarum ci-
vilium, quæ suâ naturâ delegabiles sunt, referri posse.
Alij verò ibi exceptionem in delegato Principis conti-
neri existimant *Gl. ad d. l. un. C. qui pro sua &c. Scip. Gent. d.*
tr. L. 3. c. 28. & alij, Quod rectè improbat *Bach. h. l.*

X X I I I.

Ideoq; mandari nullo modo potest, exce-
pto casu absentia & infirmitatis.

Quia ex supra scriptis sole clarius patescit, quæ spe-
cialiter competunt, mandari minimè posse *d. l. 1. de off.*

E

ejus

ejus &c. Joan. Longorall. in d. l. imperium. ff. de jurisd. p. 180. n. 3. Nec distinguendum cum Bocero de jurisd. c. 6. n. 24. inter causas ordinarias & extraordinarias: nam utroq; casu non rectè mandatur, Excipiunt tamen interpretes IV. casus in quibus merum imperium mandari posse affirmant, quos enumerat Obrechtus d. tr. L. 4. c. 5. n. 34. & seqq. Nos de Jure Civ. tantum causam Justæ absentiae ex d. l. 1. pr. ff. de off. ejus &c. admittimus neq; extendimus cum Tr. d. D. 3. th. 6. L. d. ibiq; Bach. ad casum infirmitatis & morbi: Quoniam specialitas legis non permittit, ut ad paritatem rationis deducamus, nec quidquam facit l. 2. §. quem. ita senio 7. ff. de vacat. & excus. mun. vid. Scip. Gent. L. 3. c. 28. Quamvis Jure novissimo casus infirmitatis P. H. art. 2. ibi auß Schwachheit des Leibes / &c. etiam excusare nos possit conf. Matth. Steph. ad d. art. 2. Frustra autem sunt, qui præpositam exceptionem intelligunt tantum de causa legis Juliæ de vi cum generatim in omnibus criminibus ea obtineat conf. Scip. d. c. 28. Neq; hîc delegari merum imperium duntaxat potest quoad cognitionem ut vult Gloss in d. l. 1. de off. ejus &c. sed quoad executionem, in qua merum imperium consistit l. 3. ff. de jurisd.

X X I V.

Q. An Jure Can. merum hoc imperium delegari queat?

Cum Jure Civ. apertè constitutum inveniamus neminem posse gladij potestatem, quam ipse habet alij mandare l. 70. de R. I. & alibi, nec contrarium palam Jure Can. introductum sit, non video cur existimare debeamus, Jure Can. merum imperium posse delegari: non enim unquam differentiam Jur. Civ. & Can. admittimus, si textus aliquo modo conciliari possint. Hîc
verò

verò ferram reciprocant Dd. *Glossa enim in c. 4. n. f. extr. de rapt. & in c. quod. sedem extr de off. jud. ord. Bocer. d. jurisd. c. 6. n. 27. & plures alij, qui citantur à Bach. ad Tr. V. 1. D. 3. th. 6. L. G. inf. Pontificio jure imperium rectè mandari posse autumant, Sed contraria sententia mihi verior videtur cum Covarr 3. resol. ult. n. 5 ex c. ult. § ult. de off. deleg. quo palam probatur potestatem absolvendi vel excommunicandi alicui datam ab eo delegari non posse Add. Fachin. controv. 9. c. 99. & Bach d. l. Nam quidam textus quos adferunt, loquuntur de Principe & Rege delegante, ut fatetur Bocer d. l. Jam Principes, Landgravij, comites & similes quin delegare possint merum imperiū nullus dubito; hi enim uti dictum in præcedd. sunt perpetui, non simplices Magistratus, & regalia habent; Nos verò de Magistratibus hinc loquimur, vel quibus specialiter concessu principis id jus tributum est. vid. Scip. Gent. L. 3 c. 29. quidam verò textus, quos dissentientes adferunt rectè cum Fach d. l. ad speciales casus restringuntur.*

X X V.

Concesso autem hoc imperio, non plus consequitur Magistrat⁹, quam ei tributum, est, licet hodiè aliter res sese habeat.

Non enim quilibet olim, qui merum imperium, habuit pro arbitrio pœnam quamcunq; , sed eam tantū infligere potuit, quæ ei specialiter fuerat permissa: quia concesso imperio, non omnes plenum imperium in e. singulos gradus sunt consecuti. Unde rectè illud distinguunt in plenum & minus plenum: Totum seu plenum habuerunt Præfectus prætorio. l. un. ff. de off. Præf. Prætor. Præfectus Urbi, l. 1. pr. §. 3. & 7. ff. de off. Præf. Urb. l. 1. §. à præfect. Prætorio. 4. ff. de legat. 3. l. 2. §. 1. ff. de pœn. l. 6. §. 1.

E 2

ff. d.



ff. de interd. & releg. Proconsul in Provincial 11. ff. de off. Procons. Item Dictator. l. 2 § populo 18. ff. de O. I. Minus plenum habuit Præses provinciæ, etsi enim potestas in facinorosos animadvertendi ipsi erat, l. 3. l. 4. l. 6. §. 4. l. 13. l. 14. ff. de off. Præs. Jus tamen deportandi ipsi denegabatur l. 2. §. 1. ff. de pæn. d. l. 6. §. 1. ff. de interd. & releg. Ut non procedat argumentum, cui plus est concessum, ei & concessum videri quod est minus, quia id locum nõ habet in pœnalibus, nec in ijs, quæ à lege alicui specialiter conceduntur. conf. Matth. Steph. de jurisd. L. 1. c. 10. n. pen. & Perez ad C. de pæn n. 7. in f. At hodiè nostri Magistrat⁹ plenũ plerumq; habere videntur imperiũ, quia nõ unã vel alterã tantũ pœnã, sed quacunq; in facinorosos animadvertere possunt, uti quotidiana experientia satis testatur.

X X V I.

Q. An concessio Castro cum omni, vel omnimoda jurisdictione etiam merum imperium concessum intelligatur?

Affirmativam opinionem communiter Dd. tuentur uti videre est apud *Bocer. de jurisd. c. 8. n. 11. add. Covarr. Lib. practic. quest. c. 1. n. 10. & Vult. d. feud. L. 1. c. 5. n. 5.* sed opinor communem istam Dd. sententiam veris & firmis legum rationibus non esse fundatam; Quin ei primum adversatur quod in generali concessione venire non soleant ea, quæ specialem requirunt concessionẽ. Deinde quod merum imperium non contineatur sub Jurisdictione, ut supra *th. 2. h* ostendimus, propterea, distingui híc potest inter criminalem jurisdictionem, & merum imperium, illam concessione omnimodæ jurisdictionis transferri, hoc verò non item, quia sub Dicto de omni non potest comprehendi; habet enim di-

versum

versum genus à jurisdictione. In praxi tamen à com-
muni Dd. opinione haud esse recedendum monet *Bo-*
cer. d. c. 8. n. 13. Nec distinguendum cum *Jas in l. 3. n. 12.*
& 13 ff. de jurisd. Inter omnem & omnimodam jurisdic-
tionem ita ut concessâ omni jurisdictioni tantum Ci-
vilis intelligatur *l. 6. cum seq. de jurisd.* Quamvis enim di-
ctæ ll. de Civili jurisdictione loquantur, ex eo tamen
non sequitur voculam omnis, jurisdictioni criminali
accommodari non posse. vid. *Scip. Gent. L. 3. c. 23.* qui
differentiam harum vocum etiam planè rejicit.

X X V I I.

Consuetudine merum imperium tribui
dubitandum non est.

Hoc est, quod tradunt *Mascard. d. probat. conclus. 1054.*
n. 4. Gail. 1. obs. 57. n. 14. & Wes. in w. de jurisd. n. 9. Nam si
longo tempore puta per decennium populus vel civi-
tas aliqua merum imperium exercuit, puta quia crimi-
na inquisivit & in facinorosos ultimo supplicio animad-
vertit, eo ipso merum imperium comparasse censetur.
l. fin. C. de emancip. liber. & c. dilecti. 4. extr. de arbitr. Matt.
Steph. de jurisd. L. 1. c. 38. n. 46. tum obtinet vim legis cō-
suetudo, *l. 33. ff. d. ll. & populi consensu tacito procedit,*
sicut lex expresso, *Francisc. de Claper. de Imper & jurisdic.*
conclus. 4. n. 5. Hic verò non confundenda consuetudo
cum præscriptione; hoc quidem facilè largior, quod
præscriptio latè sumta possit dici consuetudo, interim
in multis ea differre constat ex *Monach. de jurisd. c. 6. n. 21.*
& seqq. & Math. Steph. d. l. n. 49. & imprimis in eo quod
consuetudo inducat jus publicum, at præscriptio jus
privatum. *Duar. in comm. ad t. d. ll. c. XI.* Deinde in eo
etiam maximè distare videntur, quod consuetudo sit

E 3

jus

jus⁹ disponens totius populi, sive majoris partis, universaliter tacito consensu constitutum, Præscriptio verò dicatur esse jus ex consensu singulari, sive unius etiam tantum consuetudine introductum. Præterea in præscriptione requiritur titulus & bona fides: at in cōsuetudine sufficit tacitus consensus, qui loco est tituli
vid. Joan. Monach d. tr. c. 5. n. 22.

X X V I I I.

Non autem consuetudine tantum sed & præscriptione longissimi vel potius immemorialis temporis hoc Jus Gladij acquiritur.

Non parva controversia est apud Juris Interpretes⁹ An merum imperium sit præscriptibile? Quidam negativam partem: quidam verò affirmativam defendentes, ut ferè inextricabilis hujus quæstionis labyrinthus videatur *Francisc. de Claper de Imp. & juris d. conclus. 4 n. 5. Bart. Obrechtus & alij*, qui à parte negantium stant, moventur præcipuè hoc argumento: Quod imperium merum non nisi jure speciali & plerumq; ad certum tēpus tribuatur *l. 1. in pr. ff. de off. ejus &c.* Non enim potuit aliquis de crimine Civis Romani cognoscere; multo minus in caput ejus animadvertere, nisi jussu Populi vel Senatus, vel Principis, vel latâ certa lege *d. l. 1. & §. 1. d. t. Obrecht d. tr. L. 2. c. 3. n. 21 Accurss.* verò & qui eum secuti, ut *Mascard. d. l. Muscorn. de juris d. n. 129. Joan. Monach. c. 6. n. 10. Fach. 8. contr. 23. & Bocer. h. tr. c. 8. n. 105.* affirmativam sententiã, modo Persona sit habilis, amplectuntur. Distinguendum igitur est, inter privatum & Magistratum, eumq; vel simplicem vel eum, qui territorium inq; eo jus perpetuum & immutabile habet: Hinc præscribere merum imperium non potest privatus

tus

tus, *arg. l. 3. in f. ff. ad L. Jul. Majest.* Nec Magistratus simplex, nisi ratione officii, ut videlicet, si immemoriali tempore usi aliquo jure Præsides aut præfecti fuerint, hoc ipsi præfecturæ acquisitum intelligatur *arg. l. 8. C. de divers. off. & apparit. Lib. 12.* Magistratus verò perpetuus qui jus territorij habet, habile demum præscriptionis est subjectum, ut post *Jason.* docet *Clariss. Dn. Ludw. ad Wes. de jurisd. n. 9.* Tempus etiam ut hîc concurrat necesse est, cujus memoria non extat, *arg. l. 3. §. 4. de aq. quotid.* quia specialis concessio juris alicujus & temporis immemorialis præscriptio in acquirendis rebus vim habent eandem *d. l. 3.* Ubi dicitur quod ductus aquæ, cujus origo memoriam excessit jure constituti loco habeatur. *Bocer. d. c. 8. n. 106.* Cæterum de moribus hodiernis Dd. quos dixi, licet de Jure Civ. multis parasangis à nobis distent, haud dubitant vid. *Obrecht. d. c. 3. n. 46.* & *Bocer. d. l.* quomodo etiam in Academia Juliâ florentissima à facultate juridica Senatui Mindensi A. 1614. d. 6. Jun. & eidem 15. April. A. 1616. responsum esse refert *Consultiss. Dn. Hahn in not. ad Wes. d. jurisd. n. 9.*

X X I X

Quæstio non ignobilis coronidis loco hîc moveri potest. Num Rectores Academicorum ex *auth. Habita C. Ne fil. pro patr.* merû imperium obtineant?

Quæstionis hujus sententiam negativam, quia solidissimis Juris fundamentis stabilitur, ambabus, ut dicitur, manibus amplectimur. Primum ponitur in constitutione Friderici in *d. auth.* & est tale: Quidquid non concessit Imperator in *auth. Habita* illud Rectores ex ea
obti-

obtinere nequeunt. Atqui Imperator *Frid. in d. auth.* imperium merum Rectoribus non concessit E. Minor. probatur ex eo, quod in *d. auth. Habita. C. ne fil. pro patr.* jurisdictio, non merum imperium concedatur, quæ sunt planè diversa, uti patet *ex th. 2. h.* Non igitur latius debemus extendere, quam Imperator fuit loquutus: Secundò ita argumentari licet: Quicquid specialiter, & nominatim concedi solet, concessione generali non transit *conf. th. 21. h.* Atqui merum imperium specialiter solet concedi, per sæpè allegatam *l. 1. ff. de off. ejus & c. & l. 70. de R. I.* E. concessione generali non transit, quod tamen fieret, si statueremus Imperat. Fridericum in *d. auth. Rectoribus Academiarũ* merum imperium adjudicasse, Vid. de hac quæstione, quam coronidis loco posuimus *Tr. V. 1. D. 3. th. 4. L. G. & Joan. Wurmser. Ex 5. th. 10.* licet hic confundat jurisdictionem criminalem cum mero imperio, *Diss. Scip. Gent. de jurisd. L. 3. c. 17. & Bach. ad Tr. d. th. 4. L. G.* qui putant Rectores Academiarum, quamvis non in omni gradu habeant merum imperium, habere tamen in gradu inferiori; Sed frustrà quoq; *Matth. Steph. de jurisd. L. 3. p. 2. c. 12.* Ubi adducit *ex Joach. Steph. de jurisd. Græcor. L. 2. c. 13 n. 1.* Sine jurisdictione, Scholarum gubernationem & disciplinam non posse confici & hoc nos facile posse concedere cum luce meridianâ clarius demonstraverimus, quam longè distet jurisdictio à mero imperio, de quo hæc dixisse sufficienter.

F. ET GLORIA JEHOVÆ ZEBAOth
IN ÆTERNUM.

Altdorf, Diss., 1637-55

f


ULB Halle 3
004 327 330



Sb.

WOM







B.I.G.

Farbkarte #13

Westorp de mere imperia

XXVI. 11

1657, 3

15

DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
DE
MERO IMPERIO
SEU
JURE GLADII

QUAM
DIVINI NUMINIS PRÆSIDIO
Ex Decreto atq; autoritate Magnifici, No-
bilissimi atq; Amplissimi Senatus Facultatis Ju-
ridicæ in INCLUTÆ REIP. NORICÆ ACA-
DEMIA celeberrimâ.

PRO CONSEQUENDIS SUMMIS IN UTROQ;
JURE HONORIBVS, INSIGNIIS ET PRIVI-
LEGIIS DOCTORALIBVS

Publicæ & Solenni censuræ
subjicit

HENRICUS WESTORPIUS,
MINDANUS.

Ad D. 26. Mensis Febr.

ANNO CHRISTI
M. DC. LI.

ALTDORPHI
TYPIS GEORGI Hagen / Universitatis
Typographi.

(Gross misc. 57)

